



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui presbyteros suos malè tractauerint. ccxxix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

sterio sacro insertos quum non sint: Statutū est à sanctis patribus neminem clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo episcopo & inthronizari in sua Ecclesia , nisi habeat à proprio episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus paternitati vestre, quod præsens frater noster harum literarum portitor nomine Ecmannus , non pro sua nequitia expulsus est à nobis: sed postulantibus fratribus nostris, eò quod ex familia nostra fuit & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam à cornu altaris canonice , & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimissorias siue commendatitias literas fecimus , & eum ad vestram dilectionem fraternitatem dirigimus, vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine & defensione consistere valeat. Ego , inquam, Burchardus humilis episcopus, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, & in unitate sanctæ Ecclesie, in qua Petro datum est ius ligandi atq; soluedi, absoluo Ecmannum presbyterum de ciuitate Vvormaciensi , indictione X. & licentiam do vobis inthronizandi eum in quacunq; Ecclesia vultis vestrae parochiar. Hanc ergo epistolā Græcis literis hinc inde munire decreuimus , & anulo Ecclesie nostræ firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis in columem conseruet. w.y.a.w.b.e.2. f. a.n.h.θ. Data Vvormaciæ, Idibus Martij , Anno dominicæ incarnationis, Millesimo, duodecimo, Indictione X.

## De illo qui fugam fratris cœlauerit. Cap. CCXXVIII.

*Ex dictis  
Basilij.*

**S**i quis eum qui distinctionem ecclesiasticam non ferens , fugam meditari agnouerit , si non statim prodiderit , perditionis illius participem se esse non dubitet: & tam diu est à conuentu fratrum sequestrandus , quām diu ille valeat reuocari.

## De illis qui presbyteros suos malè træcierint.

Caput CCXXIX.

*Ex cōcil.  
Aruerne.  
cap. 7.*

**S**i quis presbyterum proprium inhonoret , aut verbo aut facto contumeliam facit , tam diu à liminibus Ecclesie arceatur , que usque per condignam pœnitentiam satisfaciat. Ait enim Apostolus: Presbyteri qui bene præfunt , duplii honore digni habeantur. Item alibi dicit: Obedite præpositis vestris, subiecti eis estote, &c.

K iiiij